

P. 441—445: *Von der tugent des edlen tistels . . . die eigenschaft des edlen salbs oder öls genant Balsam Marie Magdalene.*

P. 446—458, 459—468 vacat.

P. 459: *Reper.orium super pp. 1—16 tantum.*

Fol. primo non signato: „Ex libris Hectoris de Beroldingen, Dni in Wilthall vnd Vmb-kirch [Umkirch]. Anno 1687 donatus Monasterio B. V. Einsidlensis 1689 ex dono D. Wolff Friderici a Beroldingen.“ Cf. Leu, Lexicon 3, 289: Hector de Beroldingen erat baillivus primarius Einsidlensis in arce Freudenfels. Eius filius Wolff Frider. a Beroldingen † 1718. Holzhalb. 1, 233.

---

### 298. (Fol. Num. 104.) **Boetii Geometria et Musica.**

S. X. Membr. 345×270. 146 pp. Foliorum fragmenta addiditia post p. 91 cum figuris geometricis. Vacant pp. 11, 112, 130, 146. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—10: *Boethii geometria* hic in duos libros divisa.

Ed. Migne P. l. 63, 1352—1364.

P. 12—18: Excerptum ex eiusdem translatione Euclidis. «Principium mensuræ punctum . . . terminum facientes.»

Ed. ib. 1307—1329 B.

P. 18—19: Incipit altercatio duorum geometricorum de figuris numeris et mensuris. «Mensura est quidquid pondere . . . non confirmant.»

P. 19—22: «*De interna ratione et non recipiendas limites.* Sunt et medii termini . . . in conclusione extremitas.»

P. 23—145: «*Boethius musica Ll. V.*»

Ed. ib. 1167—1300.

P. 24—25 græca cum interpretatione inter lineas. — Cf. cod. 358 qui huic valde similis est. — Schubiger, Pflege d. KG. 9. — Morel, E. Handschr. d. l. KV. 249.

P. 143 in margine inferiore manu s. X vel XI: Scribe puer scribe qui nomen habes herimanne. Cf. Geschfr. 43, 144.

---

### 299. (Fol. 117.) **Bartholomæus Glanvilla de proprietatibus rerum etc.**

S. XIV. Membr. 323×225. 351 pp. (recte 350 quia 268 omittitur.) Quaterniones (duodenaria folia) signantur I<sup>us</sup>—XV<sup>us</sup>. Binæ columnæ, excepto p. 339—344 ubi sunt quaternæ. — Tabulæ ligneæ corio albo obductæ.

P. 1—289: [Bartholomæi de Glanvilla] *de proprietatibus rerum libri XIX.* «Cum proprietates rerum secundum substantias . . . omnium bonorum qui est deus sublimis et gloriosus vivens in secula seculorum. Amen. Explicit liber de proprietatibus rerum et ut auctor legentibus cognitionem nominum magistrorum daret authenticorum posuit nomina singulorum.»

In fine index auctorum.

Liber sæpe editus. Cf. Hain, Repert. 2498—2511. Inter incunab. nostra extat nr. 2505 Nurenb. 1483. sign. nr. 236. De auctore (c. a. 1360) cf. Fabr. bibl. lat. 1, 167.

P. 290—338: *Liber Alberti |Magni, de compositione hominum et de natura animalium.*] «Expedito libro de proprietatibus rerum incipit liber de hominis compositione et de naturis animalium sive de piscibus et de naturis avium et de morbis eorundem de quibus in antehabitis non fecimus mentionem. Nos tamen adhuc sub alterius libri . . . caligarum modum dilatentur. Hec de piscibus dicta sufficient.»

Ed. inter op. Alb. M. ed. Jammy T. VI, 575—661. In codice adduntur pauca *De inferno* et *de Ethna monte*.

P. 339—345: [*Registrum de curia Romana quod vocatur Provinciale Tancredi.*] «Isti sunt episcopi Romanorum pontificum, qui non sunt in alterius provincia constituti. Hostiensis, Portuensis . . . Hardini Sutraqini. Explicit provinciale quod excerptis magister T. de libris romane ecclesie ubi hec plenarie continentur.»

Rarum opusculum, quod præter in bibliotheca Bambergensi Jæck (Beschreibg. v. Handschr. d. Bamb. Bibl. I p. 142. nr. 1127—1130) nullibi se invenisse dicit. De auctore († 1240) cf. Gesner, Bibl. 607.—Fabr. bibl. 3, 512.—Savigny, Gesch. d. röm. Rechts. 5, 131.

P. 345—348: «*De consecratione romanorum imparatorum.* [!] Cum rex in imperatorem electus pervenerit Romam ad portam Collinam . . . et hec s. evangelia.»

Ut in codice Thuricensis universitatis C. 33 f. 149b—160b ex quo edidit Ant. Diemand, Das Ceremoniell der Kaiserkrönungen. (Hist. Abhandl. v. Heigel et Grauert IV.) 134—142. Cf. ibid p. 22 et 29. Iste ordo in usu fuisse videtur pro coronatione Friderici II. Codex Thuricensis scriptus est anno 1277 per fratrem Lutoldum de Reginsberg estque nostro aliquantulum fusius. Cf. etiam Pertz, Mon. Germ. Legg. II, 531—548.

P. 348—349: «*Forma iuramenti quod prestabit rex Romanus domino pape cum forma privilegii quod idem concedit eidem.* In nomine sancte . . . testes autem etc.»

Ed. Diemand l. c. 144—146.

P. 349: [*Excerptum ex privilegio Constantini.*] «Constantinus imperator quarto die sui baptismatis privilegium Romane ecclesie confuit in quo ita inter cetera legitur: Ut pontificalis apex . . . stricti se cogitur obligare.»

Cf. additamenta ad Librum Pontificalem, Migne P. l. 127, 1529—1530; ib. 8, 567—582. De edit. etc. Grauert, Hist. Jahrb. 3 (1882) 3—30; Potthast, Bibl. 346.

P. 349—350: *Numerus cardinalium et tiflitorum?* «Tempore quo natus est Jesus Christus . . . ad V. patriarcharum ecclesiarum ministerium.»

Cf. Pertz, Archiv 8, 742.

P. 350—351: *De plantationibus arborum.* «Modus insertionis multiplex est, sed magis . . . cum malleo forti.»

Desinit abrupte. Auctores citantur Aristoteles, Bachardus, Palladius. Hinc inde occurserunt voces germanicæ.